

Prefatio in li. numeri

Liber iste et ordine hystoria; et mysterio quarto loco ponit in lege. Ordine hystoria, quia in lemitico qui tertius est agitur de utensilibus tabernaculi, et de ordine lemitarum et sacrificij. Hic autem de dedicatione tabernaculi agitur, qui secundum lemitis, quid de utensilibus tabernaculi portare debent. Mysterio hoc ostenditur. Excubare circa tabernaculum depositum ut dicuntur terminis tribubus in singulis quartis, per quod signantur, i.e. apostoli per quadripartitum orbem fidem sancte trinitatis docuisse. Sed etiam inter figuram quadraturam nichil firmum est: quaternary quoque operis pfectio commendatur. Quarto die facta sunt lumina, iiii. etas sub dauid fuit robustissima. iiii. etas hominis fortissima, quattuor autem recepti sunt qui scriperunt euangelia. Inter dona spiritus sancti fortitudo, et inter penetratales psallos misere mei deus quartus est: in quo de humilitate (per quam sumus fortis) agitur. Inter nomina domini, iiii. est fortis. procedunt admirabilis consiliarius deus, sequitur propter futuri seculi, princeps pacis et silentia. In hoc quoque libro eorum qui numerantur fortitudo ostenditur, dum bi quae et virtute bello sunt apti numerari iubentur. Liber numeri, quod in eo numerantur israelites, inde, tuus qui mansiones a ramasse usque ad iordanem. Sed quia in figura omnia contingunt illis, et lex erat umbra futurorum: ita legenda est hystoria; ut non amittatur allegoria. Numerati sunt israelites soli: non pueri et alienigenae qui erant inter illos, non tamen omnes, quia nec pueri nec feminae: sed tantus viri qui apti bello erant. Etenim alieni a deo gentilium spurciorum: vel crudelitate iudaica, vel ecclesiastici puerilem levitatem, vel molliciem feminam habentes: inter filios dei non numerantur. Non sunt numerati in egypto: sed postquam transierunt mare rubrum, post columnam ignis in mansione iuxta montem synai, quia manentes in tenebris peccatorum non sunt dei; sed mundati baptismate et armati manus impositione. Mansiones merito, xiiii. computantur a prima que fuit in ramasse usque ad iordanem: ut per hoc signetur nos per tot gradus virtutum ascendere in celum: quot generationibus christus ab adam descendit ad mariam. Intentio moysi in hoc opere est christianum populum: et eius profectum: et ascensum a terra in celum: per israel et per xiiii. mansiones designare. Per israel enim christi populus: per progressus millionum profectus virtutum significatur. Ratio libri talis est: primo duces populi et populum circa tabernaculum numeratos per quadrum collocat. Luitas a numero exceptos ad ministerium tabernaculi destinat. Deinde tabernaculum deditur, et modus oblationum, et catalogus mansionum computatur. Deinde prophetia balazz a rege balach ad mandicatum populum dei inducit. In fine sex ciuitates ordinantur: tres ultra, tres citra iordanem, ad quas confluget qui nolens sanguinem proximi effundenter. Lenite iter tabernaculum et ceteros filios israel excubantes, dimisi per amramites ab oriente, per caathitas ab australi, et ger sonitas ab occidente, meraritas ab aquiloni, significant prelatos ecclesie qui sunt mediiter ministros tabernaculi: quibus in temporalibus prouident, et iter laycos: qui bus in spiritualibus presunt. Amramite id est moyses et aaron et horum filii, inspiciunt et innotescunt tabernaculo secreto, et introducent caathitas dant eis proprijs bumeris portanda inuoluta: ut videntes non moriantur. Non sunt enim propria ecclesie misteria nisi summabimur vires, i. moysi et aaron, quia infirmi inde scandalisantur. Unde et liber euangelij presbitero et dyacono portatur aperte, alijs vero clausus. Herosonite auctez et merarites qui sunt indigniores caathitis: non proprijs bumeris: sed bobus et palustris sua portant onera. Quia qui vult venire post me: me sequatur, q. p. mortem. Et quantomagis quis vult tanto maior persecutio. Benedicetus filii israel: et dicetis zc. Ab hoc loco supra est benedictio quae facit episcopus. Duo dighi qui eleuantur iuncti legem significant et sacer-

dotium: que per moysen et aaron intelliguntur. Tres dominus qui sequuntur: continent illam trinam petitionem que fit in verbis episcopi. Petitur gratia spiritus sancti, vera salus, pax, gaudia. Deinde sequitur distinctio personarum: semper bis verbis. Quod ipse prestare dignetur: qui cum patre et spiritu sancto vivit zc. In tabernaculo dedicacione oblati sunt munera a primatibus in usum eiusdem: et sustentatione lemitarum: quod hodie fit cum dedicatur ecclesia aliqua. Sicut et laicos consuetudine mulieri cuius despontatur viro multa dona offeruntur. Et dominus filii israel in egypto in die quo educeret: concessit argentea vasa. Et post mare rubrum non duxit eos statim rectam viam pira hostes: ne territi retro abirent: sed per circuitum: deinde precepit ne temporis regem. Cautio omnia prouisa. Introueniunt enim in eccliam primo decor ei ostendens est: ut appetatur non miseria: ut timeatur. Si militer et merarite,

Dridge. Divinis numeris non omnes digni sunt: sed certi prerogatiui designati. Unde in hoc libro neque mulieres edificantur ad numerum: pro feminis, infirmitates, non quae semper tanquam vita monibus degeneres: nec egypti ultraeius admitti: ut alienigenae et barbari. Soli israelites numerantur: et non oes: sed a xx. annis et supra. Recatum etatis habetur obseruatio: sed et bellum roboris. Designatur enim per verbum dei ut numeretur omnis qui procedit in virtute israel. Puerilis etas non numeratur: nisi puerogeniti: aut de sacerdotali: vel lemitica stirpe. Feminam vero nulla numeratur. Possunt hec vacua esse mysteria: Procurauit hoc solum spiritus sanctus qui hec dictauit: ut sciremus qui numerati sunt: et qui non. Quis dabitur ex hoc profectus his qui sacris voluminibus gestiunt eruditus? Sed (quia secundum paulum lex spiritualis est) si transcendero puerilis etatis insipientiam, vir facrus de posuero que sunt parvuli: et factus fieri inuenis qui vim cam malignum: aptus videbor his qui procedunt in virtute israel: et divinis numeris dignus. Qui autem inest puerilis et lubricus sensus: vel feminam et resoluta segnies vel egypti: vel barbari mores: apud deum in sancto numero non habetur. Innumerati autem apud salomonem dicuntur esse qui pauperes. Numerati autem omnes qui salvandi sunt. Et de stellis dicitur. Qui numerat multitudinem stellarum zc. Et dominus etiam capillos capitum discipulo: um dicit esse numeratos: non qui tondentur: vel pueri: vel etatis percutunt: sed quae in nazareis erant quibus inerat virtus spiritus sancti a deo psterneados alienigenas. Virtutes ergo animi et multitudinem sensuum de mente tanquam de capite apostolorum, procedentes: capillos capitum appellavit.

Idem. Illud quoque consideremus quod non statim ut egredius est de egypto populus numeratur. Adhuc enim psequitur pharao. Sed nec cum mare rubrum transiit: venit in desertum. Qondum enim temptatus non dum ab hoste fuerat impugnat: confligit contra amealch: et vincit. Nec numerat adhuc: non enim sufficit ad perfectionem tenebri una victoria: nec accepto manna cibo: et a quo de sequenti petra poculo. nondum enim ea quae numeris sunt apta adoleuerant. Tabernaculum testimo, nij costruitur: nec adhuc numerandi tempus: lex per moysem datur: nos sacrificiorum traditur: purificationum ritus docetur: sanctificationum leges et sacramenta conduntur: et tunc ad numerum insu dei populus adducitur. Unde ergo quanta tibi transienda: quanta toleranda: quot profectibus: quot temptationibus: quot preliis: s. pugnandum: quot vincendum: ut pertineas ad diuinum numerum: et iter sanctas tribus numeraris: et possis visitari: et per dei sacerdotes aaron et moysen numerorum censibz scribi. Suscipienda est tibi primo lex dei: lex spiritus eius: offerenda sacrificia: explende purificationes: peragenda omnia que lex spiritus docet.

Dridge. Ratio quoque tribuum: distincto ordinum: societas familiarium: et cuncta ordinatio castrorum: ingenium sacramentorum producit indicia. Certa enim expectatio nobis est resurrectonis mortuorum: cum bi qui vivunt

qui reliqui sunt: in aduentu christi non preuenient eos quod dormierunt: sed simul rapientur cum illis in nubilo obuiam christo in aera terreni. scilicet huius loci corruptelâ: et mortis habitacula deserentes. siue omnes in aere (sicut paulus pronunciat) permanenti. siue etiam ad paradisum vel ad alia ex multis mansionibus loca que apud patrem sunt transferendi. Diversitas autem translationis et glorie probabitur secundum merita cuiusque. unde. Quisque autem in suo ordine. In resurrectione autem unusquisque aut in tribu ruben spiritualibus indicis ascribitur. qui a se ali quid in actibus. vel in moribus simile et consanguineum habuit. Alius in tribu symeon: fortassis pro obedientia. Alius in tribu leui: credo qui profuit bene sacerdotio. vel qui bene ministrans: gradum sibi bonum acquisivit. Alius in tribu iuda: qui a se regios spiritus gessit. et populum qui intra se est bene rexit. sensum scilicet mentis. et cogitationes cordis. Singulis quoque tribubus unusquisque sociabit per his que in actibus vel in moribus ipsis cognata habuit. Et erunt huiusmodi ordines in resurrectione mortuorum qui in hoc libro figurantur.

CItud quoq; q; quadam cōexione tribūn castrorū
positio. et metationis ordo describitur. significat aliquē
statum in resurrectione mortuorum: **T**res ad orientē
collocantur. tres ad occidentem. tres ad mare. et tres vlti
me ad aquilonem: qui dūrus dicitur ventus. q; etiā tri
bus iuda q; regalis est ad orientē statuitur: ex qua do
minus ortus est. nō puto ociōsum. et q; ysachar huic iun
gitur. et zabolon. et q; in. iiii. partes trinus iste numerus
ordinatur. **Q**ue q;uis positionū suarū diuersas habe
ant qualitates: omnes tamen intra trinitatis numerum
continētur. et q; pertotas has quattuor partes in. viii
numerum colligitur eadem trinitas semper. quia s. 3 sub
vno nomine patris. et filij. et spiritus sancti censent omes
qui ex. iiii. partibus orbis venientes inuocant nomē do
mini. recumbentes euz abraham. ysaac. et iacob. in regno
dei. **H**ec generaliter diximus volentes huius. libri con
tinentiam mysticā breuiter comprehendere: vt suscepta
occasione vnuquisq; in reliquis similem: aut si cui plus
deus reuelat: superiorē sequatur ymaginem. **E**go enim
vere me imparem iudico ad enarranda misteria libri nu
merorum. multo autem inferiorem ad illa q;ue concludit
deuteronomy volumen.

Raba. Numerorum librū multiplici misteriorū ob securitate inuolutum partes ostendunt. Ibi enim nūmerus filiorum israel mystice describitur; et singularē tribūnū castra circa tabernaculum testimonij ad formam ecclesie locantur. ibi leuitarū in ministeriū distributō. et oblatio principum scdm conuenientiam sacramentorū. Landē omnium mansionum ab egypto usq; ad terrā pmissio nis cathalogus numerat; vt monstretur qualiter de egypto spirituali egressi; per mare rubrū et heremum prelenti seculi proveremus ad promissam patriam in celis.

Ra. Juxta finem exodi scriptum est. Igitur mense primo anni secundi in prima die mensis collocatum est tabernaculum $\tilde{\chi}$. et nunc in capite numerosum. Locutusque est dominus ad moysen in deserto synai in tabernaculo sedis. prima die mensis secundi anno altero $\tilde{\chi}$. ubi notandus quod xij. mansione id est in solitudine synai ubi moyses ascendit et dominus descendit in monte ut daret legem ibi fabricatur tabernaculum ibi precipitur diversitas hostiarum et vasorum indumenta pontificis leuitarum ceremonie numerus populorum et leuitarum et oblationes principum. Eodem quoque anno licet non eo tempore quo erectum est tabernaculum numerus filiorum israel descriptus est. Annus vero vel mensis secundus tempus novi testis significat quod post christi adventum passionem et resurrectionem usque ad finem mundi ptingit. Post baptismum enim in quo de spirituali egypto submerso vero pharaone egredimur in nouitate vite ambulamus et ad terram promissionis tendentes in deserto synai et in conflictu temptationum carnis incentiu supare nitimus. Synai enim interpretatur rubus quo significatur ecclesia in qua apostoli predicant et spirituale prelium gerunt ibi

loquitur dominus ad moysen. quia legem dat ad instrutionem credentium. i. spiritualium israelitarum.

Isido. Liber numeri appellatur: quia multitudo israelitum perfectorum virorum computationem tenet et numerum. profectiones quoque mansionesque a finibus Egypti usque ad mortem Moysi. In quo dies dedicatio tabernaculi. et oblationum modus. non sine numeris sacramento numeratus est. Catalogus autem mansionum filiorum Israel. que a prima usque ad ultimam numerat sunt. xliij. De quibus mattheus. ab Abraham usque ad David generationes. xiiij. et a David usque ad transmigrationem Babilonis generationes. xiiij. et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes. xiiij. Per has currit hebreus qui de terra festinat transire ad celum. et Egypto huic seculi derelicta: terram promissionis ingreditur. Nec mirum si illo numeri sacramento puenitur ad celum quo Christus a primo patriarcha vent ad virginem qui ad Iordanem: que pleno gurgite fluens spiritu sancti gratia redundauit.

Isido. Prima mansio est ramasse vrbis i extremis finibus egypti. In qua populus cōgregatus exiit in desertum egypti s altera die post pasca in cōspectu egyptiorum. Quaz quidam cōmotionē vel tonitruum inter pretantur. quia cōmoti sumus ad en angelicam tubam. et excitati tonitrii gaudio eximus in mense primo pte rita hyene; veris exordio cum omnia renouātur. exim⁹ xv. die mensis primi in crastino paschē: pleno mēsis lamine. post esum agni īmaculati· calcinati pedes. de aplo. et accincti lūbos de pudicicia. et baclos i maib tenetēs.

Isido. Secunda mansio est socoth: in qua coquunt panes azimos. et primum tendunt tabernacula. vnde et locus nomen accepit. quia socoth interpretat tabernacula vel tentoria. Cum ergo exierimus de egypto. id ē. de seculo. primū tabernacula figimus: sc̄tētes nobis ad iteriora vel ulteriora pergendum. et ad sanctam terrā viuentium accelerandum.

Isido. Tertia mansio est ethan. que est in extremo
solitudinis: in qua primum videtur dominus procedere
populi in columna ignis. Ethan sane fortitudo vel p-
fessio. Preparemus nobis ergo fortitudinem: assumen-
tes nobis perfectum robur: ut inter errorum tenebras et
confusionum noctes scientie christi lumine appareat. Dies
quoque noster nubem habeat ptegentem: ut his ducibus
ad terram promissionis perueniamus.

Isido. Quarta mansio est phaiiroth que est ptra beelzephon. Et interpretatur os nobilium. ut assumpta fortitudine nobilitemur in domino. cōtēnentes beelzephon qui interpretatur dominus aquilonis. et eius superbiā declinantes. Ab hac mansione profecti filii israel transierunt per mediū mare in desertū: viderunt pharaonē cujus exercitu pereuntem: mariā p̄cinentem in tympanis.

Isido. Quinta est māra. ad quā puerūt trāsito
mari post triduum. et interpretatur amaritudo. Post p-
dicationem cīm enāgelij 7 tabernacula migrantiū; post
fidem assumptā; post baptisimi victoriam rursus venit
ad amaritudinem; ut voluptas 7 luxuria vīte amaritu-
dine terminetur. et per crucis signum quasi per cruciatū
iterum suauitas compensetur.

Isido. **S**exta est mansio helim. ubi erat. xij. fontes aquarum. et lix. palme in figura xij. apostolorum. et lxx. discipulorum secundi ordinis. de quorum fontibus do- ctinge poiū haurimus. et dulces fructus victorie capim⁹. **V**nde bene helim in arietes fortes vertitur. **I**psi enim sūt robusti p̄incipes gregis. duces om̄niū. doctores getiū. **I**sido. **S**eptima mansio est iterum ad mare rubrum. **S**ed queritur quomodo post transitū maris rubri. et fontes mara. et helim. rursus ad mare rubrum vencuntur. nisi forte in itinere p̄gentib⁹ quidā sinus maris occurrit. iuxta quē castram etati sunt. **A**liud est enim trāsire mare. aliud in primo figere tabernacula. ex quib⁹ mo- uemur etiā post euangelicaz doctrinam. et cibos dulces triumphorū apparere nobis interdum mare. et preteri- ta discrimina ponī ante oculos.